

SEANCE 4 : TEXTE APPAREILLE La mort de Sophonisbe. TITE LIVE XXX, 15

Ibi arbitris remotis cum crebro suspiritu et gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum temporis consumpsisset, ingenti ad postremum edito gemitu fidum e seruis unum uocat, sub cuius custodia regio more ad incerta fortunae uenenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonibam iubet ac simul nuntiare Masinissam libenter primam ei fidem praestaturum fuisse quam uir uxori debuerit: quoniam eius arbitrium qui possint adimant, secundam fidem praestare ne uiua in potestatem Romanorum ueniat. memor patris imperatoris patriaeque et duorum regum quibus nupta fuisset, sibi ipsa consuleret.

Hunc nuntium ac simul uenenum ferens minister cum ad Sophonibam uenisset, 'accipio' inquit 'nuptiale munus, neque ingratum, si nihil maius uir uxori praestare potuit. hoc tamen nuntia, melius me morituram fuisse si non in funere meo nupsissem.' non locuta est ferocius quam acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauide hausit.

Ibi [arbitris remotis]

[cum (crebro suspiritu et gemitu), [quod facile (ab circumstantibus) tabernaculum *exaudiri* posset], aliquantum temporis consumpsisset],
[ingenti (ad postremum) edito gemitu]

fidum (e seruis) unum uocat, (sub cuius custodia) (regio more) (ad incerta) fortunae uenenum erat,

et mixtum (in poculo) *ferre* (ad Sophonibam) iubet ac simul *nuntiare*

« Masinissam libenter (primam (ei) fidem) *praestaturum fuisse* [quam uir uxori debuerit] ;

[quoniam eius arbitrium [qui possint adimant], (secundam fidem) *praestare* [ne uiua (in potestatem) Romanorum ueniat];

memor (patris imperatoris) (patriaeque) et (duorum regum) [quibus nupta fuisset], sibi ipsa consuleret. »

(Hunc nuntium ac simul uenenum) ferens minister [cum (ad Sophonibam) uenisset],

« accipio, inquit, (nuptiale munus), neque ingratum, [si nihil maius uir uxori *praestare* potuit].

hoc tamen **nuntia**, melius me morituram *fuisse* [**si** non (in funere meo) **nupsissem**.]»

non **locuta est** ferocius [**quam** (acceptum poculum) (nullo (trepidationis) signo dato) impauide **hausit**].